

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Praefatio In Orationem De Lavdibvs Constantini Magni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Hæc quæ sequitur oratio nunquam
haec tenus vel Græcè vel Latinè im-
pressa est.

PRAEFATIO IN ORATIO-
NEM DE LAUDIBVS CON-
stantini Magni.

CAS A mihi in hunc locum veniendi, amici &
sacerdotes Dei, non fuit illa quidem ut fabularum
commentis, aut sermonis elegantia ad auras capi-
endas conquisita, tanquam suam syrenum cantu vestros
animos permulcerem, aut ut aureis poculis, uti poetice lo-
quar, id est, nisi dis orationis flosculis concinna verborum
structura collustratis, voluptatis lenocinia his, qui eiusmo-
di rebus oblectantur, proponerem, sed partim uti vos qui
sapientum consilio inducti, sancti Dei verbi ministri estis,
commonere faciem in concionando, ut tum a tritis illis rhe-
torum vijs deflectatis declinetisque, tum sedulo caueatis, ne
vestrum sermonem ad imperitæ multitudinis accommodetis arbitriū, partim ut novo orationis genere apud vos
imperatoris laudes percelebrarem. Et quanquam infiniti
ferè alij idem ipsum iter ad eius virtutes prædicandas
mecum ire contendunt, ego tamen hominum vestigia vi-
tans, viam inusitatam ac minimè tritam insistam, quam
quidem illotis pedibus ingredi nefas est, ut alij populare
dicendi genus, & puerilibus argutij consertum conse-
ctantes, lepidamque orationis amplectentes concinnitatem,
mortaliū aures narrationibus de rebus mortalibus &
caducis institutis deliniant, primasque deferant voluptati:
ipsius tamen sapientiae, quæ per omnia manat ac fundi-
tur, professores, utpote diuinarum humanarumque rerum
scien-

scientiam consecuti, quoniam rei præstantioris delectum
in boni loco numerant, idecirco diuinæ imperatoris vir-
tutes, & pia eius in Deum officia, longe illis, quæ erga ho-
mines præstitit, anteponunt, resq; eas, quæ secundas ob-
tinent in bonis, secundæ classis rhetoribus prædicandi, fa-
ciunt potestatem. Itaque cum sapientia quæ in imperato-
ris animo insita est, in rerum tam diuinarum quam hu-
manarum cognitione cernatur, atque illæ videntur ad
Deum, hæ autem ad homines spectare, hi qui extra sa-
crarum literarum quasi ambitus consistunt, rerum huma-
narum ad imperatoris laudes pertinentium prædicatio-
nem, modò sint ad illud munus idonei, sibi tractandam su-
mant: quæ quanquam & splendoris excellentiæq; pluri-
mum, & fructus utilitatisq; non minus (omnia enim, lū huma-
nae in imperatore cernuntur, sunt planè eximia) in se
complectuntur, tamen diuinis illis virtutibus, quibus
mens eius imbuta est, sunt longe inferiores. Qui au-
tem in sacrosanctos diuni eloquij cancellos intrarint, e-
iusdemq; adyta fuerint, & inaccessa penetralia ingressi, verbi &
hi quasi portas illius profanis auribus occludentes, arca-
nas imperatoris imitationes, istarum rerum duntaxat piuræ pro
professoribus explicare aggrediantur. Qui porro aures fessores
pietatis rimulis perpurgatas, & intelligentiam, aeris, ut
ita dicā, ipsius animi alis habeant in sublimi defixam, in
laudibus summi omnium regis & moderatoris celebra-
dis insistant, tacitiq; diuina mysteria obeant. Nos verd
ex vatum oraculis, quæ diuini spiritus sancti luminis æ-
dita sunt, non autem ex illis quæ à diuinatione, ne dicam
dementi insania, profecta sunt, perfectorum mysteriorum,
quæ traduntur de ipso cœlesti regno, de imperatore om-
nium summo, de diuino satellitum agmine, quo summus
ille imperator stipatus est, de vero & perfecto, deq; falso

T t & ff =

Videtur
rhetores
intellige-
re, qui in
studio so-
lū huma-
nitatis
versan-
tur.

P R A E F A T I O .

Species solum adumbrato imperandi modo qui in terris
existit, denique de his quæ vitrumque ordinem conse-
quentur, explicationem depromamus. Hæc igitur ad
istarum rerum decus illustrandum: pie sancte q.
præfati, deinceps ad diuina myste-
ria explicanda aggre-
diamur.

E V S E -